

CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp01.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 4

**Quarto quaeritur utrum sit iudicandum aliquid possibile vel impossibile
secundum causas inferiores aut secundum causas superiores.**

Et videtur quod secundum superiores.

Arg. 1. Quia sicut dicit quaedam Glossa I Cor. I, 20: *stultitia sapientium mundi fuit, quia iudicaverunt possibile et impossibile secundum quod videbant in rerum natura*. Ergo non est iudicandum de possibili et impossibili secundum causas inferiores, sed secundum superiores.

Arg. 2. Praeterea, secundum philosophum, illud quod est primum in omni genere, est mensura omnium quae sunt illius generis. Sed divina potentia est prima potentia. Ergo secundum eam debet aliquid iudicari possibile et impossibile.

Arg. 3. Praeterea, quanto causa magis influit in effectum, tanto secundum eam magis debet iudicium sumi. Sed causa prima magis influit in effectum quam causa secunda. Ergo secundum causam primam magis debet iudicari de effectu. Effectus ergo iudicandi sunt possibles vel impossibles secundum causas superiores.

Arg. 4. Praeterea, illuminare caecum est impossibile secundum causas inferiores; et tamen hoc est possibile, cum quandoque fiat. Ergo non est iudicandum si aliquid impossibile sit, secundum causas inferiores, sed secundum superiores.

Arg. 5. Praeterea, mundum fore fuit possibile antequam mundus esset. Non autem fuit possibile secundum causas inferiores. Ergo idem quod prius.

Sed contra 1. Secundum illam causam effectus debet iudicari possibilis a qua recipit possibilitatem. Sed effectus recipit possibilitatem vel contingentiam, aut etiam necessitatem, a causa proxima, non autem a remota; sicut meritum recipit contingentiam a libero arbitrio, quod est causa proxima; non autem necessitatem a praedestinatione divina, quae est causa remota. Ergo secundum causas inferiores, quae sunt proximae, debet iudicari aliquid possibile vel impossibile.

Sed contra 2. Praeterea, quod est possibile secundum causas inferiores, est etiam possibile secundum causas superiores, et ita est possibile secundum omnem modum. Sed quod est possibile secundum omnem modum, est possibile simpliciter. Ergo secundum causas inferiores est aliquid iudicandum possibile simpliciter.

Sed contra 3. Praeterea, causae superiores sunt necessariae. Si ergo secundum eas essent iudicandi effectus, omnes effectus erunt necessarii: quod est impossibile.

Sed contra 4. Praeterea, Deo sunt omniaabilia. Si ergo secundum ipsum possibile et impossibile iudicetur, omnino nihil est impossibile: quod est inconveniens.

Sed contra 5. Praeterea, nominibus utendum est secundum quod plures loquuntur. Sed de potentia hoc modo homines loquuntur, quod sint ita ordinatae, potentia, dispositio, necessitas et actus. Haec autem inveniuntur in causis inferioribus non superioribus. Ergo non est iudicandum de possibilitate rerum secundum causas superiores, sed secundum inferiores.

Conclusio. Respondeo. Dicendum quod iudicium de possibili et impossibili potest considerari dupliciter: uno modo ex parte iudicantium; alio modo ex parte eius de quo iudicatur. Quantum ad primum, sciendum est, quod si sunt duae scientiae, quarum una considerat causas altiores, et alia minus altas; iudicium in utraque non eodem modo sumetur, sed secundum causas quas utraque considerat, ut patet in medico et astrologo; quorum astrologus considerat causas supremas, medicus autem causas proximas. Unde medicus dabit iudicium de

sanitate vel morte infirmi secundum causas proximas, id est virtutem naturae et virtutem morbi; astrologus vero secundum causas remotas, scilicet secundum positionem siderum.

Eodem modo est in proposito. Est enim duplex sapientia: scilicet mundana, quae dicitur philosophia, quae considerat causas inferiores, scilicet causas causatas, et secundum eas iudicat; et divina, quae dicitur theologia, quae considerat causas superiores, id est divinas, secundum quas iudicat. Dicuntur autem superiores causae, divina attributa, ut sapientia, bonitas, et voluntas divina, et huiusmodi.

Sciendum tamen, quod ista quaestio frustra movetur de affectibus qui non possunt esse nisi superiorum causarum, id est quos solus Deus facere potest; illos enim non convenit dici possibles vel impossibiles secundum causas inferiores. Sed haec quaestio movetur de illis effectibus qui sunt causarum inferiorum: hi enim effectus sunt inferiorum et superiorum: sic enim potest in dubitationem verti. Similiter etiam ista quaestio non habet locum in illis possibilibus et impossibilibus, quae non dicuntur secundum aliquam potentiam, sed secundum se ipsa. Effectus autem causarum secundarum, de quibus est quaestio, secundum iudicium theologi, dicuntur possibles et impossibiles secundum causas superiores; secundum autem iudicium philosophi, dicuntur possibles vel impossibiles secundum causas inferiores.

Si autem consideretur istud iudicium quantum ad naturam eius de quo iudicatur, sic patet quod effectus debent iudicari possibles secundum causas proximas, cum actio causarum remotarum, secundum causas proximas determinetur, quas praecipue effectus imitantur: et ideo secundum eas praecipue iudicium de effectibus sumitur. Et hoc patet etiam per simile de potentia passiva. Nam materia non dicitur, proprie loquendo, in potentia ad aliquid, quae est remota, sicut terra ad scyphum; sed quae est propinqua, uno motore potens exire in actum, ut patet per philosophum, sicut aurum est potentia scyphus sola arte educante in actum. Et similiter effectus, in quantum est ex sui natura, non nisi propinquis causis possibles vel impossibiles dicuntur.

Ad primum dicendum, quod sapientes mundi propter hoc stulti vocantur, quia quae secundum causas inferiores sunt impossibilia simpliciter et absolute impossibilia iudicabant, etiam Deo.

Ad secundum dicendum, quod comparatio possibilis ad potentiam, non est sicut mensurati ad mensuram, sed sicut obiecti ad potentiam. Contingit tamen divinam potentiam omnium potentiarum esse mensuram.

Ad tertium dicendum, quod licet causa prima maxime influat in effectum, tamen eius influentia per causam proximam determinatur et specificatur; et ideo eius similitudinem imitatur effectus.

Ad quartum dicendum, quod quamvis illuminare caecum sit Deo possibile, non tamen potest dici omnino possibile.

Ad quintum dicendum, quod mundum fore, fuit possibile respectu causarum superiorum: unde hoc non pertinet ad quaestionem praesentem. Et propterea istud dictum: mundum fore, est possibile non solum secundum divinam potentiam activam, sed secundum se ipsum, quia termini non sunt discohaerentes.

Ad primum quod in contrarium obiicitur, dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad naturam effectus de quo iudicatur.

Ad secundum dicendum, quod licet illud quod est possibile secundum causas inferiores, sit etiam possibile secundum superiores, non tamen est ita de impossibili, immo magis e contrario; unde non sequitur quod iudicium debeat sumi universale sive universaliter secundum causas inferiores de possibili et impossibili.

Ad tertium dicendum, quod non iudicantur aliqua impossibilia velabilia secundum aliquas causas, quia sint similes illis causis in possibilitate vel in impossibilitate, sed quia causis illis sunt posibles vel impossibiles.

Ad quartum dicendum, quod secundum considerationem theologi, omnia illa quae non sunt in se impossibilia,abilia dicuntur, secundum illud, Marc. IX, 22: *omniaabilia sunt credenti; et: non est impossibile apud Deum omne verbum*: Luc. I, 37.



Ad quintum dicendum, quod licet omnia illa in causis superioribus non invenientur, tamen causis superioribus sunt subiecta; et propterea obiectio illa procedit de potentia passiva, non de activa de qua nunc loquimur.

AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 4

Se deve ser considerado algo possível ou impossível segundo as causas inferiores ou superiores.

E parece que deve ser segundo as superiores.

Arg. 1. Pois como explica certa *Glossa* I Cor. 1, 20: “Foi uma estultícia dos sábios do mundo que julgaram possível e impossível segundo o que viam na natureza das coisas”. Logo, não se deve julgar sobre possível e impossível segundo as causas inferiores, mas segundo as superiores.

Arg. 2. Ademais, segundo o Filósofo em *Metafísica* X, 1, 1052b 18-19, aquilo que é primeiro em todo gênero é a medida de todas as coisas que são do mesmo gênero. Ora, a potência divina é a primeira potência. Logo, algo deve ser julgado possível e impossível segundo ela.

Arg. 3. Além disso, quanto mais uma causa influi no efeito, tanto mais deve ser julgada segundo ela. Ora, a causa primeira influi mais no efeito do que a causa segunda. Portanto, o efeito deve ser julgado mais segundo a causa primeira. Logo, os efeitos devem ser julgados possíveis e impossíveis segundo as causas superiores.

Arg. 4. Ademais, fazer um cego ver é impossível com relação às causas inferiores; não obstante isso possa ser possível, pois ocorre uma ou outra vez. Logo, não se deve julgar se algo é impossível em relação às causas inferiores, mas com relação às superiores.

Arg. 5. Além disso, que o mundo tivesse que existir foi possível antes que existisse. Ora, não foi possível segundo as causas inferiores. Logo, conclui-se o mesmo que o anterior.

Mas contra 1. Um efeito deve ser julgado possível segundo aquela causa da qual recebe a possibilidade. Ora, o efeito recebe a possibilidade ou a contingência ou mesmo a necessidade da causa próxima, não, porém, da remota; como o mérito recebe a contingência pelo livre arbítrio, que é a causa próxima; mas não se torna necessária em razão da predestinação divina, que é causa remota. Logo, algo deve ser julgado possível ou impossível segundo as causas inferiores, que são as próximas.

Mas contra 2. Ademais, o que é possível com relação às causas inferiores é possível também com relação às causas superiores e, da mesma maneira, é possível de todos os modos. Ora, o que é possível segundo todos os modos, é possível de modo absoluto. Logo, algo pode ser julgado possível de modo absoluto, com relação às causas inferiores.

Mas contra 3. Além disso, as causas superiores são necessárias. Se, portanto, os efeitos fossem julgados por elas, todos os efeitos seriam necessários: o que é impossível.

Mas contra 4. Ademais, para Deus todas as coisas são possíveis. Se, portanto, se julga algo possível e impossível com relação a Ele, nada será impossível de modo absoluto: o que é inconveniente.

Mas contra 5. Além disso, os nomes devem ser usados de acordo como fala a maioria. Ora, os homens falam acerca da potência deste modo, a saber, que estejam assim ordenados os nomes: potência, disposição, necessidade e ato. Ora, estes são encontrados nas causas inferiores e não nas superiores. Logo, não se deve julgar sobre a possibilidade das coisas segundo as causas superiores, mas segundo as inferiores.

Conclusão. Respondo dizendo que o juízo sobre o possível e o impossível pode ser considerado de dois modos: um, por parte dos que julgam; outro, por parte daquilo a que se julga. Quanto ao primeiro, deve-se saber que se são duas ciências, das quais uma considera as causas mais altas e a outra as menos altas; o

juízo não é considerado do mesmo modo em ambas, mas segundo as causas que considera uma e outra ciência, como é evidente no médico e no astrólogo; na medida em que o astrólogo considera as causas supremas e o médico as causas próximas. Por isso, o médico dará seu juízo sobre a saúde ou morte do enfermo segundo as causas próximas, a saber, segundo a força da natureza e a força da enfermidade; o astrólogo, na verdade, dará seu juízo segundo as causas remotas, a saber, segundo a posição dos astros.

Do mesmo modo é o proposto. Há, pois, dupla sabedoria: uma mundana, que se denomina filosofia, que considera as causas inferiores, ou seja, as causas causadas e as julga segundo estas causas; e uma divina, que se denomina teologia, que considera as causas superiores, isto é, divinas, segundo as quais profere seu juízo. Denominamos causas superiores os atributos divinos, como a sabedoria, a bondade e a vontade divinas e os demais atributos semelhantes.

Mas deve-se ter em conta que não tem sentido considerar esta questão com relação aos efeitos que só podem ser produzidos por causas superiores, ou seja, que só Deus possa fazer, pois estes efeitos não convêm ser denominados possíveis ou impossíveis com relação às causas inferiores. Esta questão se refere àqueles efeitos que procedem de causas inferiores: aqui, com efeito, se considera aqueles efeitos que procedem das inferiores e superiores: assim, pois, pode-se chegar à dúvida. De modo semelhante, esta questão não tem lugar naquelas coisas possíveis e impossíveis, que não se dizem em relação a alguma potência, mas com relação a si mesmas. Os efeitos das causas segundas, acerca dos quais trata a questão, segundo o juízo do teólogo, dizem-se possíveis e impossíveis segundo as causas superiores; segundo, porém, o juízo dos filósofos, tais efeitos se dizem possíveis ou impossíveis segundo as causas inferiores.

Se, porém, se considera este juízo quanto à natureza daquilo a que se julga, é evidente que os efeitos devem ser julgados possíveis com relação às causas próximas, já que a ação das causas remotas se determina com relação às causas próximas, as quais imitam principalmente os efeitos: e, por isso, com relação a elas se forma principalmente o juízo sobre os efeitos. E isso também fica evidente com o exemplo da potência passiva. Pois a matéria não se diz em potência, propriamente falando, para algo que é remoto, como a argila para o vaso; mas do que é próximo, podendo chegar a estar em ato por um motor, como demonstra o Filósofo em *Metafísica* IX, 7, 1048b 37-1049 a 11, como o

ouro é um vaso em potência, chegando a ser em ato só pela arte. E de modo semelhante os efeitos, quanto a sua natureza, só se dizem possíveis ou impossíveis por suas causas próximas.

Ao primeiro, respondo dizendo que os sábios do mundo são chamados tolos por causa disso, porque as coisas que são impossíveis segundo as causas inferiores, julgam-nas simples e absolutamente impossíveis, inclusive para Deus.

Ao segundo, respondo dizendo que a comparação do possível com a potência não é da mesma maneira do medido com a medida, mas como do objeto à potência. Acontece, porém, que a potência divina é a medida de todas as potências.

Ao terceiro, respondo dizendo que apesar da causa primeira influir maximamente o efeito, sua influência, porém, é determinada e especificada pela causa próxima e, por isso, o efeito imita a semelhança da causa próxima.

Ao quarto, respondo dizendo que embora seja possível a Deus fazer um cego ver, não se pode dizer, porém, que seja possível absolutamente.

Ao quinto, respondo dizendo que o mundo que existiu, foi possível respeito das causas superiores: onde isto não se refere à presente questão. E por causa disto é dito: ‘o mundo existiu’ é possível não só conforme à potência ativa divina, senão também com relação a si mesma, porque os termos não são incoerentes.

Ao primeiro contrário, respondo dizendo que aquele raciocínio procede quanto à natureza do efeito ao qual se julga.

Ao segundo contrário, respondo dizendo que ainda que aquilo que é possível segundo as causas inferiores seja também possível segundo as superiores, não é, contudo, assim, com relação ao impossível, senão mais o contrário; daí que não deve se seguir fazer um juízo universal ou universalmente sobre o possível e o impossível segundo as causas inferiores.

Ao terceiro contrário, respondo dizendo que não se julgam algumas coisas impossíveis ou possíveis segundo algumas causas por serem aquelas causas semelhantes na possibilidade ou impossibilidade, mas porque são possíveis ou impossíveis para aquelas causas.

Ao quarto contrário, respondo dizendo que segundo a consideração do teólogo, todas aquelas coisas que não são em si mesmas impossíveis, são ditas possíveis, segundo o que diz *Marcos* 9, 22: “todas as coisas são possíveis para o que crê”, e, “Não é impossível para Deus toda palavra”, *Lucas* 1, 37.

Ao quinto contrário, respondo dizendo que embora todas aquelas coisas não se encontrem nas causas superiores, estão, todavia, subordinadas às causas superiores; e, portanto, aquela objeção é válida sobre a potência passiva, mas não sobre a ativa, acerca da qual falamos agora.